

---

## EDDA

### SNORRA STURLUSONAR.

---

#### UM STAFROFIT<sup>1</sup>.

Nú<sup>2</sup> um hríð hefir sagt verit, hversu kenna skal þá luti, sem frammi standa í bók þessari: megu þær kenningar á margan veg<sup>3</sup> breytast, eptir því<sup>4</sup> sem nú finna<sup>ny</sup> skáld, ok taka til ok setja reglur eptir ýmisligum bókum. Skal þó eigi at heldr láta þat únýtt vera, sem forn-skáldin hafa fundit, er efni ok grundvöllr er alls skáldskapar, en eigi skulu menn þessum frásögnum

---

<sup>1</sup>) Hunc titulum ipsi præmisimus, quum in *W* a prima manu nulla inscriptio inveniatur; Raskius inscripsit: um latínu-stafrofit, quod nimis arcte dici videtur; in codice *U* brevis quidam tractatus præmittitur clavi metricæ Snorrii, et inscribitur: her segir af setningu háttalykilsins. — <sup>2</sup>) Qui sequuntur tractatus sic distinguendi videntur: 1. Præfatio. 2. tractatus de literis sive de alphabeto Islandico. 3. alius tractatus brevior, ejusdem argumenti. 4. tractatus de sonis, literis, syllabis et partibus orationis, qui tractatus Raskio inscribitur *Fundamentum Grammaticæ*. 5. tractatus de figuris orationis, sive tropologia. De ceteris quidem suis locis agam, hanc vero Præfationem, quæ præmittitur tribus qui sequuntur tractatibus grammaticis, ab his discernendam putavi et ad alium auctorem referendam, saltem ad alium, quam proxime sequentis tractatus, cujus auctor ante Snorrium Sturlæum vixit, quum in præfatione Nostri opera Snorrii citentur. Quis hic fuerit,

---

## EDDA

### SNORRII STURLÆI.

---

#### DE ALPHABETO.

JAM aliquamdiu demonstratum fuit, quomodo res, supra in hoc libro allatæ, denominandæ sint. Quæ denominationes multis modis variari possunt, prouti poëtæ recentiores hujus temporis, varios libros secuti, regulas (poëticas) proprio ingenio constituere inceperunt. Neque tamen ideo abolenda sunt veterum poëtarum inventa, quæ sunt materia et fundamentum omnis poësius. Sed hisce narrationibus non major quam svadeat ratio

---

id quidem nescio. Si idem fuit, atque is, qui præfationem *Eddæ Snorriæ* et epilogos *Ludificationis Gylvianæ* et *Sermonum Bragii* conscripsit, in principio præsentis præfationis sua ipse opera citavit, quod eum hoc pacto non facturum fuisse opinor. Sed voluisse eum sequentes tractatus cum *Eddæ Snorriæ* corpore conjungere, quum ex ipsius præfationis initio apparet, tum Raskius (p. 269 not. 4) observavit. De auctoribus hujus partis *Eddæ Snorriæ* vide *Hist. Eccl. Isl. I, 209, not. a, Vitam Sæmundi Multiscii, auctore A. Magnæo, in Edda Sæm. Tom. I. p. xiv-xviii, Edda Snorr. ed. Rask., Holm. 1818, præf. p. 6, item præfationem J. Olavii Grunnavicensis ad Cod. Wormianum ab eo exscriptum, msc.; quorum duo postremi diversos illos tractatus grammaticos, a multis doctissimis viris cum *Skalda* minus recte confusos, caute distinxerunt. — <sup>3</sup>) vegg, *W*, et ita sæpius gh pro g molliore. — <sup>4</sup>) þi, semper, *W*.*

trúa framarr en skynsamligt er, eptir því sem segir í fyrsta lut bókarinnar með hverju villurnar fjölguðust; ok af því hefir hvert skáld sett sér reglu, þat sem eigi trúði réttlíga, af því at þeir hugðu Óðin guð verit hafa, ok alla þá með guðmagni sem honum þjónuðu, sem heyra hefir mátt í mörgum frásögnum þessar bókar. En nú skal lýsa hversu ný skáld ok fræðimenn, ok einkanliga klerkarnir, vilja lofast láta hversu kveða skal, ok únýta eigi at heldr þat sem fornir menn hafa framit, utan þat sem klerkligar bækr banna; því at þat er náttúruligt, at menn sé nú smásmuglari, sem fræðibækarnar dreifast nú víðara. Láta fróðir klerkar hverjar bækr, sem þeir sinna<sup>1</sup>, snara til þeirrar þjóðar tungu, sem í því landi talast, sem þá eru þeir, eigi at eins hversu tala skal, heldr ok jamvel hversu hverr stafr hljóðar með löngu hljóði eða skömmu, hörðu eða linu, ok hvat hvergi þeirra hefir af sér fall eða tíma, eðr (af) þeim, sem fyrir honum stendr ok eptir, sem yðr mun sýnt verða í þeim greinum, sem síðarr eru skrifaðar, eptir þeirra manna upptekinni stafasetningar-reglu, sem vèr hyggjum vel hafa kunnat orðógraffiam; ok þó at sína sigúru hafi hverr þeirra til sinnar sagnar, þá sýnist mönnum allir þeir fagrliga skipat hafa; hefir hverr sett stafina eptir þeirri tungu, sem þeir hafa talað; ok þó at þeirra verk sé saman borin, þá bregðr ekki þeirra annars reglu. Skal yðr sýna hinn fyrsta letts hátt, svá ritinn, eptir sextán stafa stafrofi í danskri tungu, eptir því sem Þóroddr rúna-

<sup>1</sup>) at, *add. W.*

fides habenda est, prouti in prima hujus libri parte demonstratum est, qua ratione errores (in rebus divinis) multiplicati sint. Atque eam ob causam poëtæ, qui vera religione non erant imbuti, sibi quisque regulam (regulas poëticas) præscripserunt, quod Odinem deum fuisse, ejusque asseclas vi divina præditos crediderunt, ut ex multis hujus libri narrationibus (mythis) intelligi potest. Jam vero demonstrabimus, quæ regulæ poëticæ a recentioribus poëtis doctisque viris, in primis clericis, permittantur. Neque tamen eo magis tollemus ea, quæ veteres composuerunt, præterquam quæ libri ecclesiastici vetant. Est enim naturale, nunc eo subtiliorem his rebus adhiberi diligentiam, quo latius libri ad cognitionem frugiferi hoc tempore diffundantur. Viri docti clerici ordinis quoscunque reperiant libros convertendos curant in linguam vernaculam, quæ in ea terra, ubi tunc degant, usurpetur, non solum quomodo loquendum sit, sed etiam quo sono, longo an brevi, aspero an leni, quæque litera gaudeat, et quam quantitatem sive tempus quæque earum habeat, sive ex se ipsa, sive ex litera antecedente vel consequente, quemadmodum vobis demonstrabitur in iis articulis, qui in sequentibus descripti sunt secundum regulas orthographicas ab eis viris receptas, quos orthographiæ bene peritos fuisse arbitramur. Quorum etsi suam quisque sententiam suo modo exprimat, tamen hi omnes, quæ communis existimatio est, literas scite disposuisse videntur. Nam singuli linguæ, quam locuti sunt, convenienter literas posuerunt; atque si eorum opera inter se contuleris, ex his nullum alterius regulæ repugnare reperies. Primus vobis demonstrabitur modus scribendi, qualem Thoroddus Runarum magister et sacer-

meistari ok Ari prestr hinn fróði hafa sett í móti Latinumanna stafrofi, er meistari Priscianus hefir sett<sup>1</sup>. Hafa þeir því fleiri hljóðsgreinir með hverjum raddarstaf, sem þessi er tungan fátalaðri<sup>2</sup>, svá at þat má

<sup>1</sup>) Quæ h. l. adnotanda succurrunt, sequentia sunt: a) Alphabetum vel tractatum orthographicum ab Thoroddo et Ario compositum, qui auctori hujus præfationis ad manus fuit, quemque collectioni suæ inserere cogitavit, temporis injuria nobis invidit. In cod. Worm., qualis nunc est, non extat; nam tractatus orthographicus, proxime hanc præfationem sequens, et post tempora Arii scriptus est, nec ullam rationem habet alphabeti Runicæ; tractatus alphabeticus secundus tractatu primo serior est; tractatus tertius auctorem habet Olavum Thordi Hvítaskáld. b) Quale fuerit hoc alphabetum Thoroddi et Arii, nunc quidem nescimus; si vero conjecturæ locus erit, continebat 5 vocales: a, e, i, o, u, runica vocali yr diphthongisque latinis exclusis: consonantes Runicas 10, nempe liquidas 5: r, n, m, l, f, sibilantem s, aspiratam h, mutas t, k (c), b (cum punctatis d, g, p); pro runico þ formam Anglosaxonicam þ, pro latino v formam Anglosaxonicam þ, et præterea ex latino alphabeto q, x, z; qui quatuor postremi characteres ab auctore primi tractatus excluduntur. c) Quo tempore scriptum fuerit alphabetum Thoroddo-Arianum, certo definiri non potest. Interim, quum verisimile sit, Arium opera sua historica hac ipsa orthographia exarasse, quumque Librum de Islandis (Islandingabók) majorem annis 1122-33 composuerit (Werlauff de Ario multiscio p. 19, 20), sequitur tractatum ejus orthographicum scriptum esse ante 1122; et fieri potest, ut Gragasa, quæ quarto ante anno (hieme 1117-18) literis mandari cæpta est (Sched. c. 10), eadem fuerit orthographiâ exarata. De Thoroddo, Runarum magistro, nihil certi nobis constat. Cognomen, Rúnameistari, ei additum putatur ob eruditionem et linguarum runicæque scientiæ peritiâ (Halvdani Einaridæ Sciagr. hist. litt. isl., Haon. 1777, p. 14: Werlauffi Dissert. de Ario multiscio p. 57 not. v.). d) Celeb. Werlauffus in dissertatione egregia de Ario multiscio, p. 60 (quum nondum facta esset distinctio inter diversos illos tractatus orthographicos horumque auctores) putat, Thoroddum et Arium characteres Runicos novo ordine

dos Arius Polyhistor, ductum alphabeti linguæ Danicæ, sedecim literis constantis, secuti, ad exemplum alphabeti Latini, a magistro Prisciano compositi, adcommodaverunt. Qui eo plures sonorum variationes singulis vocalibus subjecerunt, quo pauciores hæc lingua (o: latina) vocum

disposuisse, earum potestatem accuratius explicuisse, numerumque forte punctatione quarundum auxisse. Quod ab illis (præsertim a Thoroddo Runarum magistro) factum esse, minime quidem negare audeo, sed puto eo non respici hoc nostro loco. Mea sententia prope accedit ad sententiam Joh. Olavii Grunnavicensis in opere eddico msc., citatam dissertationis Werlauffianæ p. 59-60, "Arium scripsisse commentarium de literis, quatenus illæ, ab exteris acceptæ, idiomati islandico recte essent accommodandæ". — <sup>2</sup>) fátalaðri] proprio sensu fátalaðr significat eum, qui pauca loquitur, ut lángtalaðr, qui longa oratione utitur, qui diu sermones serit, Fornm. S. 1, 288, item simplex talaðr, disertus, cum adv. ekki, vel, betr; derivatur a subst. tala, oratio. Sed hic sensus nullo modo potest huic loco convenire, ubi de sermone sermo est. Hinc factum est, ut tala h. l. catachresticè de sono acceperim, eodem sensu ac rōdd, hljóð. Nam hoc sibi velle puto auctorem h. l., non esse in lingua latina tot vocalium (vel vocum, sonorum vocalium) variationes, quot in lingua islandica. Atque hæc eum dicere de lingua, cujus vera pronuntiatio jam dudum erat intermorta, secundum sui temporis pronuntiationem, qua latinæ diphthongi ac, oe (ut Græc. α, ο) cum sonis islandicis e, i congruebant, au et eu (Græc. αυ, ευ) pro syllabis av, ev habebantur (convenienter pronuntiationi Græcorum recentiorum s. Neogræcorum, quæ toto medio ævo in Italia, Angliâ, Islandiâ apud doctos clericos usurpata et recepta fuit). An Thoroddus et Arius has variationes sonorum notis diacriticis distinxerint, incertum est; potius putarim, eas tantum exemplis monstrasse, ut in sequentibus Olavus Hvítaskáld fecit. Ceterum notandum est, vetustissimum, quod quidem ad hoc tempus exiit, excerptum Schedarum (Libelli Islandorum) Arii non scriptum esse orthographiâ Thoroddio-Ariana, sed proxime accedere ad orthographiam ejus, qui tractatum orthographicum primum (1) conscripsit.

undirstanda með hljóði umbeygillu, hvössu ok sljófu, svá at einnar tíðar fall væri í hvárutveggja stafrofi, til þess at skáldin mætti þá mjúkara kveða eptir nýfundinni letr-list, en hafa eigi hvert orðsskripi þat sem forn-skáldin nýttu, en hálfu síðr auka í enn verrum orðum en áðr hafa fundin verit: því at vandara var þeim at tala, sem ekki höfðu fyrir sér, en þeim sem nú hafa ýmisligar fræðibækur. En vel má nýta at hafa eptir þeim heiti ok kenningar, eigi lengra reknar en Snorri losar<sup>1</sup>. Leiti eptir sem vandligast, þeir sem nú vilja fara at nýjum háttum skáldskapar, hversu fegrst er talat, en eigi hversu skjótt er ort, þvíat at því verðr spurt, hvern kvað, þá er frá líðr, en eigi hversu lengi var at verit. Ok þeir sem nú vilja með nýju kveða, hafi smásmugul ok hvöss ok skygn hugsunar augun, at sjá hvað yðr er nú sýnt í þessum frásögnum.

---

<sup>1</sup>) *Respici puto Clavim metricam Snorrii (vide Tom. I. p. 618): "nívnda (leyfi) er þat, at reka til hinar fimtv kenningar, ea or ættvm er, ef lengra er rekit; en þótt þat finis í fornskálda verka, þá látvm vær þat nv vnytt".*

variationes habet, ut sono circumflexo, acuto et gravi (quæque variatio) intelligi possit: eo consilio, ut, servatâ ejusdem temporis quantitate in utroque alphabeto, poëtæ, inventæ nuper orthographiæ ductum secuti, versus eo rotundiores facere possent, nev formas insolitas a veteribus poëtis adhibitas usurparent, multo minus formas deteriores, quam antea inventæ sint, introducerent. Nam illis, qui nulla quæ sequerentur exempla habuerunt, difficilior fuit sermonis adcommodatîo, quam nostræ ætatis hominibus, qui varios habent libros ad cognitionem utiles. Ceterum non nullius est utilitatis, eos (veteres poëtæ) imitari in formandis appellationibus et denominationibus, quæ non longius sunt repetendæ, quam Snorrii præcepta permittunt. Quisquis hodie novis metrorum variationibus operam dare velit, is quam diligentissime adtendat animum ad elocutionis venustatem, non ad faciendi celeritatem. Nam procedente tempore quærent homines: quis ista composuit? non autem, quamdiu operi immoratus fuerit. Et qui hodie nova in poësi invenire student, acumen mentis subtile, acutum et perspicax habeant, ut quæ vobis his narrationibus jam sunt demonstrata, pervideant.